

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Beneficiencia siue beneficium ac  
cum fonte primo

Sunt quedam nocitura impetrantibus  
que non dare sed negare beneficium est.  
Estimabimus utique utilitatem  
pocius quam uoluntatem petencium.

Sunt quaedam nocitura inpetrantibus,  
quae non dare sed negare beneficium est;  
aestimabimus itaque utilitatem  
potius quam uoluntatem petentium.

Lucius Annaeus Seneca, *De beneficiis*, 2.14.1  
(F. Préchac ed., vol.1, p.37).

Nam  
exorari in perniciem rogancium sua bonitas est.  
Quemadmodum pulcherrimum opus est  
eciam inuitos nolentesque seruare,  
ita rogantibus pestifera largiri  
blandum et affabile odium est.

Exorari in perniciem rogantium saeuia bonitas est.  
Quemadmodum pulcherrimum opus est  
etiam inuitos nolentesque seruare,  
ita rogantibus pestifera largiri  
blandum et adfabile odium est.

Beneficium demus,  
quod in usu magis ac magis placeat,  
quod numquam in malum uertat.

Pecuniam non dabo,  
quam numeraturum adulterae sciam,  
nec in societate turpis facti aut consilii inueniar;  
si potero, reuocabo,  
si minus, non adiuuabo scelus.  
Siue illum ira, quo non debedit, inpellet,  
siue ambitionis calor abducet a tutis,  
in nullum malum uires asserere sibi  
nisi a semet ipso patiar nec commitam, ut  
possit quandoque dicere: "Ille amando me occidit."

Pecuniam non dabo  
quam numeraturum adultere sciam  
ne in societatem turpis facti aut consilii inueniar,  
immo si potero reuocabo  
  
ne  
possit quandoque dicere: ille amando me occidit.

Ibidem (Seneca II. de beneficiis).

Lucius Annaeus Seneca, *De beneficiis*, 2.14.4-5  
(F. Préchac ed., vol.1, pp.37-8).